

V d
1986





N. 50, 28

Vd
1986

OPTIMI AVGVSTI FELICEM REDITVM
PACIS ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΥ SACRVM PIGNVS,
CANENS,

AD

REDVCIS AVGVSTI

ET

RESTITVTAE PACIS

SOLLEMNIA

D. XIII. MAJI, MDCCLXIII.

HORA IX. MATVTINA,

CELEBRANDA

IN PRIMAE CLASSIS AVDITORIVM

OBSERVANTER INVITAT RECTOR:

CAROLVS LVDOVICVS BAVERVS,

A. M.

LAVBANI,

LITERIS VIDVAE SCHILLERAE.







Tandem conticuit belli violentia saeui
 Longa: fatigatum condit Mars impius ensem.
 Vndique nunc festo resonant modulamine templa;
 Et quae terrificum fugerunt gaudia luctum,
 Incedunt vegetas elato vertice ad auras.

Quaeque diu vastas terrebant impia terras
 Numina, telorum Rabies, malesuadaque Noxa,
 Cinctaque sanguineo Discordia dira flagello,
 Increpitante Deo, pacisque tremencia vultum,
 Pulsa, leuant tristi recreatas pondere gentes;
 Non secus ac spisso lumen rapientia velo
 Orbe nitens puro summouit nubila Phoebus.
 Iam neque fulgenti minitancia cuspidetela,
 Nec procul infesto volitantes fulmine glandes,
 Aut excussa graui metuit tormenta fragore
 Tuta quies pagi et fidentes moenibus vrbes
 Laeta fremunt tutis strepitantia compita plaustris.

Blanda Ceres laeto reficit nutrimine gentes,
Agricolaeque grauem iam non frustrata laborem,
Aurea securo solatur culmine mesfis.
Praemia vomer habet; nec iam deflenda colonis,
Aut tondenda feris canescunt aequora castris.
Nec iam pro spica strictis seges ensibus horret;
Dira nec in laetis acies expanditur aruis,
Ciuiilue rubens pinguescit sanguine campus.
Quaeque euerſa fero trepidauit cedere ferro,
Iam caput extollit renouati gloria aratri:
Inque piam falcem rigidus contunditur ensis.

In primis dulces mouet haec clementia Musas,
Et vegeta insuetum pertentant gaudia pectus.
En! repetunt duro conamina rupta tumultu;
Haud secus, ac quondam, dextra defensa Camilli,
Devastata fero Gallorum fana duello,
Incensosque redux celebrauit Roma penates.
Utque nouo saeuae confidunt vere procellae,
Et referata viret, lenito sidere, terra,
Audent se in mitem noua credere gramina solem,
Quas niueo hiberniae tumulo preslere pruinae:
Sic rediuiua pias repetit nunc candida sedes
Musa: rexit pauidis animus studiumque Camoenis.

Haec, pax alma, tuam decorant pia praemia laudem.
Iure igitur nostris Musis *κουροτρόφος* audis *).
Nam tua defectas alit indulgentia gentes,
Nutrit agros, reparat tenuata armenta, gregesque.
Artificesque docti, mercator et impiger, almae
Nutricem dulces celebrant te rite Camoenae.
Tu subolem seruas populis, laetumque frequentas
Coniugium, et vegeta fulcis propagine terras.

Longe

*) Hom. Odyss. de Ithaca: *τηχηε̃, ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος.*

Longe fuge, infensi tristissima cladis imago,
Quam meminisse negat pectus, trepidatque dolore,
Quae carae amplexu matris, fidique parentis
Abstractos pugnae dulces, pia pignora, natos,
Vulnere crudeli lacerat, mutiloque volutat
Corpore femineces, et acerbo funere merfat;
Cuius exhaurit populos, prolisque futurae
Spem necat, et trunco nitidum ver amputat anno *).
Alter, in amplexu dilectae coniugis haerens,
Quam multis frustra precibus studiisque petitam
Virtuti fidae laeti iunxere parentes,
Decerpit teneros iucunda per oscula flores,
Fundandaeque domus securus gaudia voluit.
Frustra! Constrictum nitido sacra gloria vinclo,
Imperiumque ducis non exorabile saevi
In fera tela trahit trepidum, primoque iuuentae
Flore metit, lacerumque cruento puluere foedans,
Vix noscenda dabit miserandae corpora nuptae:
Quae super incumbens, rabidoque euieta dolore,
Labitur exanimis, mortem comitata mariti;
Aut concepta quatit, misero labefacta tumultu,
Pondera; cumque graui fetus perit, ecce, parente:
Et geminata trahit mors funera cruda mariti.

Prospicit hic campos, circumdata turribus altis,
Vrbs antiqua, frequens, nullo concussa pauore,
Splendida consocians festo conuiuia coetu:
Cum subito ad portas acies infesta reclusas
Arma fremit, subitamque intentant tela ruinam.
Ignea iamque feras tormenta vomentia clades,
Conuexaeque ruunt nutanti pondere moles.
Peruolat attonitam nigris timor impius alis,

a 3

Et

*) Pericles, Atheniensium iuuentute caesa, ver ex anno tolli, dixit

Et trepidam exanimat, mortis praenūcius, urbem.
Percusae gremio tutantur dulcia matres
Pignora: sed saeuo properantes murmure mortes,
Ipsas cum pueris geminato funere raptant.
Ast aliis concussa resoluens viscera terror,
Orbat abortiua connubia tristia prole.
Horrida sic belli rabies per cuncta vagatur
Funera, quae subolem venturo subtrahit aeuo.
Lenta etiam patriis suffundit frigida curis
Taedia, nec patitur ruiturae educere cladi,
Quos bellum rapiat, natos, et caelibe lecto
Spernit non vni metuentis vincula sortis.

Ast alius, torui metuens, en, tristia Martis
Praelia, et intoleranda inopis ieiunia vitae,
Deserit adsuetas per dura pericula terras.
Quaeque prius cultis florebant splendida campis,
Nunc loca vix tenuis signant vestigia plebis.

Lurida namque Fames, et Inopia caetra, rapaci
Fida comes bello, rigidisque armata Rapina
Vnguibus, Harpyis similes, alimenta, parentum
Curis congesta, et natis porrecta tenellis,
Condita venturae proli, solamina egenae
Sera senectuti, parci libamina victus,
Heu, nefas! a mensa, palmis inuicta cruentis,
Ieiuno miseris violenta reuellit ab ore.
Quae rumpit multos mensis congesta per annos
Horrea, thesauros Cereris, tutosque labores,
Vt putat, esuriens saeuo molimine miles
Perfringens, vna multorum amouit in hora
Annorum dona, et miseris plorare relinquit.
Quosque sibi manuum iusto peperere labore,
Mendicare cibos nunc clausa per ostia cogit.

Inter.

Interrupta iacet tunc mercatura, iubetque,
Quae gratis quondam fundebat munera Musis,
Cedere Mauorti nunc diripienda maligno.
Utque, furit sicco cum saeuia Canicula signo,
Torridus exhaurit sitientes Sirius agros:
Deficiunt raptο morientia gramina succo:
Fervida canities in fuscis aestuat aruis:
Sic miserae raptο marcent humore Camoenae,
Exstinctusque siti moritur conatus anhela.

Hic, inter clades tantas, tot damnaque, Musae
Qui locus esse potest, cui non modo corporis aufert
Nutrimenta furor belli, sed dulcia mentis
Crudeli infestus succidit pabula ferro?
Exhausti rebus miseris, et limine pulsī,
Diffugiunt, eulrae relinquunt iucunda Mineruae
Atria, praeclusa musantes voce magistri.
Exspoliata ruit, nullo suffulta patrono,
Diffidens fractis studiis, Musaea iuuentus,
Et quae mellito resonabant Palladis ore,
Horrifico reboant Martis tremefacta tumultu.
Saucius hic gemitus miles ciet: inde peresum
Longe fugat Musas aegro squallore Lyceum.
Non secus horribili quondam summota recessu,
Tabē fluens nigra, et caesorum pallida monstrans
Ora, domus Caci spectacula dira gerebat.

Quid, quod et infestans legis moderamen honestae,
Semina virtutis tenero de pectore raptat,
Exemploque nocet taetri vesania belli?
Si virtus animi cibus est, diuinaque viuūt
Vsque recens sacro doctrinae fomite flamma:
Ecce! ruit saeuo circumdatus agmine Mavors,

Et

Et Furor immitis, metuensque Licentia freni,
Turbidaque, et certam spernens Violentia legem,
Et vesana sacris minitans audacia cunētis,
Ira, et consilium ridens Lasciuia fidum,
Virtutis segetem, velut importuna volucris,
Quae rapiat, vitietque acri praecepta veneno.
Ecquis in effrenam rabiem, et contagia culpae
Inconcusā valet peruincere praelia doctor:
Cum, quaecunque vetat, potiori rauca tumultu
Arma velint, placeantque leui peiora iuuentae?

Haec nunc, Pax optata, tui pulcherrima pellit
Aduentus facies: sibi nunc arat arua colonus.
Coniuge pro caro coniux pia, pro patre nati,
Pro natis parcunt cari trepidare parentes.
Et libet egregiam iam tuta educere cura
Venturis gaudis subolem, et felicibus annis.
Expurgata nitent reduci patria oppida ciui:
Et laetis strepitat festiua frequentia vicis.
Effundunt pleno maturos corpore partus
Nunc vegetae matres, firmum spe dante vigorem;
Faustaque praesagis exultant pectora votis,
Et praenisa canit pietas iam saecula, magni
Quae Ducis, affulgens spondet tibi, Patria, vultus.
Hoc erat, ardenti voto quod maesta petebat
Principis usque sacri reducem pia terra nitorem
Visere firmatae repetens sacra pignora pacis.
Frustra pacatis florebant arua colonis:
Frustra pacatis rident noua gaudia Musis:
Princeps hinc aberat: te, te ipsa, AVGVSTE, Minerua,
Te concussa Themis, recreataque terra vocabat.
Huius in aduentu subito scelera impia cedunt,
Et fremit inuictis rabies deuincta catenis.
Quaeque sub infesto latitabant horrida bello

Cri-

Crimina, disiectas linquunt militanda latebras.
Hujus in imperium succrescere laeta juventus,
Temporaque AVGVSTI quondam canere aurea gestit.
Ille fouens rigidas placido moderamine leges,
Nutrit, et exemplis fulcit pia jura severis.
Iam firmata sonant fidi praecepta magistri;
Nec violata fero mussat doctrinâ furore.
Hic recreat timidas largo tutamine Musas.
Horrida jam metuit castis irrumpere templis
Barbaries, stupido nata et nutrita duello.

Tu quoque, quae placidas, leni ceu sole, Camoenas
Lauba benigna, foues, miseris detenta rapinis
Munera, florentis per TE pia testâ Lycei
Integra ferre jubes, pressosque recludere fontes
Exultans; laetos latices stridore loquaci
Largiter exhaustos Musarum fundis in agros.
Instaurata tuae florescit gloria laudis;
Quaeque pios juvenes prisca indulgentia nutrit,
Pace refota, leues perducet germina ad auras,
Quorum maturi niteant, TVA munera, fructus.

Quare agite, et mecum coetu celebrate fauenti
Candida jamdudum oratae solemnia lucis;
Ingenuasque avido refouentes pectore Musas,
Carpite inexpletâe felicia pabula mentis.
Vos alit optatae pacis clementia: vestris
Aura leues succos inspirat prospera *) curis.
Quas mea Lauba fouens, serâe sibi pignora laudis
Munificae pascet dignissima pacis alumna.

b

Hisce

*) Aurae incrementi vim in plantas Sophocles tribuit, Ajax, Flagellif.
ubi filio Ajax:

*τὸ ἤδη κοῦφοις πνεύμασιν Βόσκου, νέαν
ψυχὴν ἀτάλλαν.*

Hisce praemittendis indicere visum est crastinae lucis pa-
negyrin, qua scholae hujus ex impetrato tandem AV-
GVSTI nostri reditu, almae pacis, quae nunc Saxoniae
ridet, pignore et complemento, laetitiam, ita celebra-
bimus, ut *Ipse de Literis bonis publicae tranquillitati utilibus;*
antea autem, Prologi vice,

IO. THEOPH. KVHNDIVS, Gerlachshem, Luf. incommoda belli,
pacisque commoda; quae ad scholam redundant, carmine vernaculo; post
me autem, Epilogi numero,

CONR. GOTTLÖB ANTONIVS, Laub Luf. propriam huic pane-
gyri materiam, Regis Augusti reditum, pacis restitutae pignus et com-
plementum, laetitiae nostrae interpres, carmine item vernaculo, non
sine votis pro salute Augustae domus, Procerum Lusatiae Illustrissimorum,
Senatusque et Civitatis Laubanensis, dicet.

Neminem, qui quidem Augusti reditu, aut pace
restituta laetaretur, aut scholae huic faueret, non ventu-
rum benigni, confisi, tanto utique magis, quod etiam e
Lipsiensi mercatu reverforum frequentiam praestolati,
serius, quam fortasse par erat, tam dulci munere funge-
remur, post horam IX. matutinam, in primae Classis
Auditorio, Ampliff. Senatus, Vener. Sacerdotum Col-
legii; Literatorum omnis generis, Ciuiumque optimo-
rum lætum et honorificum audiendi fauorem obseruan-
tissime petitum, exspectamus. Dab. Laubani, d. XIX
Maji, MDCCLXIII.



Can-

Santate,
welche nach gehaltenen Deutschen Reden bey morgendem Actu
wird aufgeführt werden;

Verfertigt
von dem Rectore, **M. C. L. Bauern.**

A R I A.
Aer König kömmt, mit Ihm
der Friede,
Der unsers Sachsens
Wohl verneut.

Nun flieht der Sorgen banger
Schlummer;

Der Freude weicht verhafter Kummer.

Des blutigen Mavors wilder Neid
Besänftigt sich, des Mordens müde:

Der König kömmt 2c. D. C.

Recit.

So jauchzt das Vaterland,
Das noch vor kurzer Zeit, dem Alltergange
nahe,

Nach oft umsonst gehoffter Hülfe sahe.

O fliehe, Schrecken-voller Blick,

In jene Nacht zurück,

Die nun das Volk nicht mehr umhüllet,
Dem sein August

Mit lang-entbehrter Lust,

Mit nie empfundner Lust,

Mit Lust, die selbst der erste Schmerz
verfüßt,

Die reblich frohe Brust erfüllet!

Ja, Theurer Fürst,

Wie schönlich ruft dich Dein Sachsen,
das dich liebte!

So sehr uns auch des wilden Krieges Wut,

Der Städte Aschenhausen,

Die Felder fett von Blut,

Geraubtes Gut betrübte:

So drang der Schmerz,

Den eignes Weh erregte,

Doch nicht so tief in Deines Volkes Herz,

Als sie Dein Scheiden, Dein Verlust be-
wegte.

Nun schenkt dich uns die Vorsicht wieder;

Ein sichres Friedens-Pfand!

Drum tönen frohe Jubel-Lieder.

Der Friede, der uns lacht,

Kommt ohne dich, August, nicht reine

Freude geben.

Nur Deine Gegenwart

Kann Sachsens Ruhe gründen.

Nun wird man erst mit voller Lust em-
pfinden,

Daß nur durch dich, August,

Zu neuem Flor die Sachsen leben.

Arietta a due.

1. Wie ächzten wir nach diesem Glück!

2. Jetzt lacht es uns, dieß heitre Glück.

1. Komm, Landesvater, komm zurück!

2. Dein Landesvater kömmt zurück.

1. So schweigen bange Küstlerlieder;

2. Nun tönen frohe Jubellieder.

1. 2. Mit dir kömmt erst der Friede
wieder.

A R I A.

Nimm, Vorsicht! unsers Dankes
Fallen

Mit heitern Gnadenblicken an!

Ja, laß dieß Opfer Dir gefallen,

Das unsre Schwachheit geben
kann.

Das Denken kann der Güte Werth
nicht gründen;

Doch kann das frohe Herz die Freude
ganz empfinden.

Recit.

QX 7d 4986

Recit.

Nun, Herr! du hörst Gebeth;
Dem Volk hat nicht umsonst gefleht.
Von deiner Allmacht Hören
Hast du auf unsre Noth, auf unsren
Wunsch gesehen.

Hier liegen wir,
In Dank und Freude hingezückt, vor dir,
Mit Staube der Unwürdigkeit bedeckt,
Durch unsre Schuld erschreckt,
Doch auch durch deine Huld erwecket.
Aufs neue schenkst du uns den Thron-
sten August;

Durch Ihn lacht uns des Friedens Luft.
Herr, deine Güte reicht, so weit die
Wolfen gehen.

So höre denn des treuen Wunsches Flehen.
Die Gnade, die du uns erneuet giebst,
Zeigt uns, daß du uns noch in deinem
Sohne liebst.

In ihm laß uns sie recht erkennen,
In Dankbarkeit zu deinem Dienste brechen.
August kömmt nicht darum zurück,
Der Friede schenkt uns nicht darum ver-
neutes Glück,

Um uns betrübt bald wieder zu verlassen.
Drum laß durch deinen Geist uns alles
fliehn und hassen,

Was deines Wohlthuns Absicht stört.
Gieb ferner, Herr, was Sachsens
Wohlsinn mehret.

Vor allen sey dein Wort,
Die rechte Friedenspost, die ewig uns
erquicket,

In unserm Zion ferner rein und frey.
Sey unsers Königs Hort!

Erhalte ferner Ihn, was du Ihm neu
geschenket:

Daß Sein erquicktes Herz kein neuer
Unfall kränket.

Sein Erstgebohrner, Er, der frohen
Sachsen Lust,

Sey mit Antonien, Ihm, Sich und uns
stets Freude.

Des ganzen Stammes Flor
Erfreu dein Volk nach überstandnem Leide.
Der Friede weiche nie dem Krieg,
Daß wir vor jenem bangen Wittern,
Daß unsern Horizont so fürchterlich be-
stieg,

In stiller Ruhe nicht mehr zittern.
Die Hohen, deren Geist für Sachsens
Ruhe wacht,
Und deren treue Hut auch unsrer Lauffh
lacht,

Laß stets erwünschten Schutz begleiten;
Kron' Ihr Bemühn mit würdigen Freu-
den.

Auch unsre Stadt
Laß des erneuten Friedens Frucht
An Rathhaus, Kirche, Schule blühen:
So wird bey stetem Friedensfest,
So schön es dieser Tag uns fernern läßt,
Die blasse Furcht entweichen,
Und mancher Jubeltott zu deinem Throne
steigen.

Tutti.

Höchster, fahre fort zu segnen:
Höre Laubans Beten zu:
Laß sich Fried und Treu begege-
nen:

Laß Augustens Glück und
Ruh

Sicherheit und neues Leben
Dem gekränkten Sachsen ge-
ben. D. C.

Choral.

Auf unsers Landeswaters Haus
Geiß von dem Gnadenbrone
Den Segen deines Blutes aus;
Umstrahle Seine Krone
Mit deiner Huld und Feit,
Ihm zur Si her eit.
In Seiner Feinde Trug,
Und zum erwünschten Schutz
Uns, dinen armen Kindeu.



n. c.

V078

ULB Halle
006 642 926

3







A. 50, 28

Vd
1986

OPTIMI AVGVSTI FELICEM REDITVM
PACIS ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΥ SACRVM PIGNVS,
CANENS,

AD

REDVCIS AVGVSTI

ET

RESTITVTAE PACIS

SOLLEMNIA

D. XIII. MAJI, MDCCLXIII.

HORA IX. MATVTINA,

CELEBRANDA

IN PRIMAE CLASSIS AVDITORIVM

OBSERVANTER INVITAT RECTOR:

CAROLVS LVDOVICVS BAVERVS,

A. M.

LAVBANI,

LITERIS VIDVAE SCHILLIAE.

